et ex HS V mil. fieri curavit, | C. Apronius Extricatus ad exornandam mun[*i*|*fi*]centiam fratris basem cum impensa perferen|dae et constituendae statuae suo sumptu et cura | posuit. D. d.

Uchi maiore, circ. 15 chil. a Thugga, cf. supra N. 690. 1334, infra N. 9401. 9405 (VIII S. 26239 = Merlin comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1907 p. 95).

9399 [*imp.*] Caesar M. Aurelio Anto|[*nin*]o Aug. Armeniaco Medico Par|[*th*]ico max., divi Pii fil., divi Hadriani | nepoti, divi Traiani Parthici prone|poti, divi Nervae abnepoti, pontifici | maximo, imp. V, cos. III, tribunicia | potestat. XXII[1], patri patriae, | pagus Thugg.[2] caelesti beneficio eorum[3] auctus | iure capiendorum legatorum[4] d. d. p. [*p.*]

Thuggae rep. a. 1911 (VIII S. 26528^b descr. L. Poinssot). — 1) *A. 168.* — 2) *Pagus Thuggensis, diu a civitate vetusta (Punica), quae a sufetibus regebatur, separatus (cf. supra N. 6797, ubi tamen minus accurate not. 3 ex pago civitatem factam esse significavi; ad hanc civitatem pertinet etiam N. 8966), sed nihilominus saepe cum ea coniunctus (cf. supra N. 6827 not. 3, infra N. 9404), donec in locum utriusque successit municipium (cf. supra N. 6796), postremo colonia Thugga (cf. supra N. 541. 8927. 9018).* — 3) *Sc. M. Aurelii et Veri, huius similis titulus iuxta stetisse putandus est.* — 4) *Cf. supra N. 6757 not. 1.*

9400 imp. Caes. divi M. Antonin[*i*] | Pii Germ. Sarm. f., divi Commod[*i*] | fratri, divi Pii nep., divi Hadriani | pron., divi Traiani Part. abn., divi Nervae adn. | L. Septimio Severo Pio Pertinaci Aug. Arab. Adiab. | Part. max., pont. max., trib. pot. IIII[1], imp. XI, | cos. III, procos., p. p. | cives Romani pagani veter.[2] pagi Fortunalis | quorum parentes beneficio divi Augusti | . . . . .[3] Sutunurca[4] agros acceperunt, p. p. f. c.

Prope Sidi-Soltan, circ. 20 chil. ab Uthina occidentem versus, rep. (Merlin bull. du Comité 1909 Iun. p. VIII). — 1) *Error lapicidae; videtur requiri* XIIII, *ut titulus sit anni p. Chr. 206.* — 2) *Veterani. Cf. titulum in eadem regione (circ. 12 chil. ab hoc) repertum supra N. 6803, praeterea N. 6885.* — 3) *Circiter sex literae erasae, fortasse erroris corrigendi causa (sic certe iudicavit is qui lapidem vidit Petitjean).* — 4) *Sutunurcae. Titulum a civitate Sutunurcensi positum, eodem loco repertum, habes bull. l. c. p. X. Aliae inscriptiones eiusdem civitatis, memoratae a Cypriano ep. 59, 8 repertae sunt loco 5 chil. orientem versus distante, cf. C. VIII 24004.*

9401 imp. Caes. L. Septimio Severo | Pio Pertenaci *(sic)* Aug. Parthico Arabico Par|thico Adiabenico[1] trib. pot. V[2], imp. VIIII, cos. II, | p. p., divi M. fil., divi Commodi fratri, divi Anto|nini nep., divi Hadriani pronep., divi Traiani | abnep., divi Nervae adnepoti, resp. U. m. p. p. p.[3] | In quam rem | C. Lucilius C. f. Athenaeus sacer. Cerer. c. I. K.[4] anni | CCXXXV[5], flam. p. p., depensis in curam s. s.[6] quam ipse | gessit HS $\overline{\text{XII}}$ mil. n. summae suae honorariae, et